



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Exempla confutationis. Exemplum ex Gorgia Leontino, acutum, & velox,
antea libatum, nunc expressius notatum. Palamedes crimen prodicionis
diluit. Capvt XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

dicit magister. Et debes, inquit, Euathle, mercedem; si vicero, vt condemnatus; si vicetis, vt pactus. At versutus discipulus, Malicornus, malum ouum. ἀντίστροφον reddidit. Imò si vicero, ex tu sicum sententia solutus, & liberatus sum; si vincor, ex pactis nihil debeo, ea conditione tibi obstrictus, vt in prima causa palmam referam.

De Sorite.

CAPVT XXXI.

Canillatio quid?

SORITES, quem Cicero acerualem syllogismum lib. 2. de diuinatione appellat: minus est apud oratores frequens, & ad captiuas questionis magis accedit. Quin inter canillationes numerat Vlpianus de verborum, & rerum significatione.

Natura Canillationis (inquit) quam Græci σωφιστικῶν appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducat.

Hipparchia sorites Hipparchia.

Sic Hipparchia Crateris Cynici vxor Theodoro ἀδελφῷ illiuit. Potest Hipparchia præstare quod est honestum. Annuente illo, quicquid est iustum, inquit, & honestum est: quo vicissim concessio, quod non est iniustum, hoc iustum proculdubio est: Esto, inquit Theodorus: Tum virago, quod faciens Thodorus non diceretur iniuste agere: idem si faciat Hipparchia, non diceretur iniuste agere. Quam annuisset ille, subiecit. Sed Theodorus se ipsum percutiens, non diceretur iniuste agere: Nec igitur Hipparchia, si idem faceret. Ad hoc Theodorus nihil respondit.

De Cornibus, Crocodilo, & Electra.

CAPVT XXXII.

Est in hoc genere σφιστικῶν ἔνστις ἀπὸδῶτικῶν ἑπισημῶν ἑπισημῶν. Διὰ τὴν ἀντιφάσην.

Inter captiuas argumentationes numerantur Cornua, vt, Quod non amisisti habes: Centum aureos non amisisti, igitur habes.

Crocodilus ἀμαρτῶν καὶ βία ἑπισημῶν λογισμῶν, per irrisionem tamen, vocatur in vitarum auctionibus: de quo ita Chrysippus disserit cum mercatore.

Vide ergo, estne tibi puer? Quidni? Quid hunc ad flumen fortè ambulantem Cocco dilus rapiat, postea se verò redditurum pollicetur hac lege, vt illi verum dicas, quidnam de puero reddendo apud se decreuerit: quid tu dices ipsum in animo constituisse. πρῶτον, siue terra aliter appellatur.

Has igitur nugas profitebarur huiusmodi Syllogismus.

Electra verò dicitur, Caprio, vbi quis quidpiam arguitur simul nosse, & non nosse; facere, & non facere. Dicta est ab Electra filia Agamemnonis, quæ eandem rem simul & notat, & non notat. Astante enim illi Oreste adhuc incognito, sciebat quidem Orestem suum esse fratrem, ipsum autem præsentem ignorabat. Illæ sunt sutelæ compositionis, & diuisionis, amphibologiæ à dicto secundum quid, & similia à pueris iam irrisa, quæ nihil ad oratores attinent: inter quos, & dialecticos magnum discrimen est. Hi enim ἀνεπίσημῶν punctim tractant omnia. Illi vestiunt ornamentis, & animant moribus.

In deliberatio porro, & iudiciali genere tota sermè confirmatio petitur ex adiunctis.

In demonstratio motum spectat potius, & delectationem, quam probabilitatem, quòd plerumque de ijs rebus agitur, quas negare possit nemo, vel quæ saltem multis honestæ, & laudabiles videantur.

Exempla confutationis.

Exemplum ex Gorgia Leontino, acutum, & velox, antea libatum, nunc expressius notatum.

Palamedes crimen proditiōnis diluit.

CAPVT XXXIII.

PRODITIONIS initium aliquod fieri oportuit, & id per colloquium, occultarum enim rerum index est oratio, quo pacto autem colloquium fuisset inter nos sine congressu, qui verò congressus esse potuit, cum nec ego ad illum venerim, nec ipse ad me vnquam venerit, nec literæ sine tabellario vllæ à nobis vitæ, citroque mitti potuerint, sed finge congressum, finge etiam inter nos mutuum colloquium. Quid deinde collocutus est Græcus cum barbaro: quomodo dicēs, & audiens, an solus cum solo: sed nul-

E Græco expressum.

lum est nobis linguæ commercium: Atqui factum est per interpretem: iam tertium nobis statuis iudicem eorum, quæ maximè occulta esse oportebat. Sed esto, factum fuerit, quod tamen est infectum; fidem dare, & accipere vicissim nos oportuit; & quænam ista fides, Iusurandum dices? quis verò mihi proditori, vel iurato credidisset? at obsides dati: qui? fratrem vnum habeo, præterea neminem, quem neque imprudentibus vobis dare, neque ab hoste vllum filium, aut affinem accipere potui. Esto, pecunia, inquit, tentata res est, & perfecta, vtrum grandi, an exigua? exigua, tanta res non capiebat, grandem multos asportare oportuit, & tot coniurationis testes fieri, verum & de istis scire velim, pecuniam an interdiu tulerint, an noctu? noctem variâ, & multiplices vallant custodiae, quas ne musca quidem declinaret, die, opinor, sed lux istis sceleribus aduersatur. Esto & illud, quanquam absurdum & iniquum concedatur: in castra hostium penetraui, pecuniam cepi, aut ad me ab hoste delata est, qui potui ego circumstantem exercitum, & sexcentos oculos latere? age iam, quo pacto istam, quam dicit pecuniam recondidi, quo pacto seruauit? vsus ego sum, non latuissimam, defossam reliqui? nihil profuisset: concedantur tamen omnia, quæ assumis, quanquam ineptissima sunt, conuenimus, colloquuti sumus, pecunias accepi, latui, recondidi, oportebat me, quod caput est rei, prodicionem perficere, solus ego perfecissimam, non est opus, vt scitis vnus. Conspirarunt mecum alij: qui? seruine, an liberi: si quis vestrum, quot quot estis ingenui, reseuerit, ante iudices deferat: seruorum igitur opera vsus sum, infidèles, Dij boni! & non satis efficax: quid tum, cum seruili manu mille naues prodidissim? alios, inquit, induxisses, difficile est vobis superiores inueniri, sed vnde adduxissim? quomodo intromisissim, per portas? Principes clausas habent, & seruant vigilantissimè, per scalas, quæ cum sint omnia propugnacula militibus circumseptæ, diruissim, inquit, murum, & tum credo custodiae, quasi statuae: æneæ me spectassent otiosè, omnino incredibile est.

Hactenus arbitror absolutum confutationis exemplum esse propositum.

Expenduntur varia exempla confutationum.

Ex Cicerone, cuius mirifica cum pugnacitate notatur suauitas.

Modus confutationis, per conglobatas rationes, magna vi, & celeritate vibratas, ad persuasionem, & motum efficax.

C A P V T. XXXIV.

Cicero, pro Cælio.
Quid expectatis amplius? an aliquam vocem putatis, ipsam pro se causam, & veritatem posse mittere?

Hæc est innocentiae defensio, hæc ipsius causa oratio: hæc vna vox veritatis. In crimine ipso nulla suspicio est, & in re nihil est argumenti: in negotio, quod actum esse dicitur, nullum vestigium sermonis, loci, temporis; nemo testis, nemo conscius nominatur: totum crimen profertur ex inimica, ex infami, ex erudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo: domus autem illa, quæ tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, officij, religionis: ex qua domo recitatur vobis iurando deuincta auctoritas, vt res minime dubitanda in contentione ponatur, vtrum temeraria, procax, irata mulier finxisse crimen, an grauis, sapiens, moderatusque vir religiose testimonium dixisse videatur. Reliquum est igitur crimen de veneno: cuius ego, neque principium inuenire, neque cuoluerit exitum possim. Quæ fuit enim causa, quam obrem isti mulieri venenum veller dare Cælius? ne aurum redderet? num petiuit? ne crimen haberet? num quis obiecit? num quis denique fecisset mentionem, si hic nemini nomen detulisset? quin etiam Herennium dicere audistis, verbo se molestum non futurum fuisse Cælio, nisi iterum eadem de re suo familiari absoluto nomen hic detulisset. Credibile est igitur, tantum facinus, nullam ob causam esse commissum? & vos non videtis, fingi sceleris maximi crimen? vt alterius causa sceleris suscipiendi fuisse videatur? cui denique commisit? quo adiutore vsus est? quo socio? quo conscio? cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? seruine mulieris? sic enim obiectum est. Et erat tam demens hic, cui vos ingenium certe tribuitis. Etiam si egerat